Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tradidimus et statuimus observandum et iudicia debite tenendum
auctem insuper concessimus eisdem ut sibi et predicte civitati simul
et ecclesie murorum munimine et fossarum presio tempore optimo conservand
se ab extemarum guerrarum dispendiis et earum disturbiis plures illac
in terra periculose vigentibus debeant et possint constancius providere
prout hec in privilegio predecessorum nostrorum ipsis desuper concesso clarius continentur
Verum nonnulli de capitulo ecclesie prefate non recte sentientes huiusmodi ordina-
cione necessaria et dispensiones nostras in ipsa civitate Bambergensi
rite factis nituntur subvertere ac quantum in ipsis fuit dampnabiliter
improvide annullare propterquod inter capitulum et cives Bambergenses predictos
mota est questio et causa controversie ob quam dirimendam ambe
partes scilicet capitulum et cives ad sacrum patrum Basiliensium concilium generale
prout accepimus devenerant huiusmodi causam irrite coram vobis prosequendum
Reverendissimis itaque paternitatibus vestris huiusmodi causam Bambergensem
duximus studiosius exhortantes committendam Rogantes easdem v r p
affectuose et studiosius exhortantes quatenus huiusmodi cause expeditionem
assumere ambasiatorum partis cum suis munimentis et ipsam causam audire
examinare et discutere ac prout rei qualitas et status et meritum
huiusmodi cause exegit velitis fine debito terminare iustitia mediante
predictam civitatem et cives in suis graciis libertatibus et privilegiis
benignius conservantes In hoc enim facietis nobis complacentia multum
grata Datum parme die xvij Maij

Alia ad sanctam Synodum

Reverendissimis ac venerabilibus in christo patribus et dominis et Reverendissimi
ac venerandi in christo patres amici carissimi gratum et sincere nobis
dilecti Binas v p novissime recepimus litteras primam vestram presue-
renciam aliquas quoque responsiones super scriptis nostris continente ami-
cabilem atque gratam Reliquam vero nos requirens ut oraciones deme-
tis velimus et debeamus exercitam mandare quam per istum nuntium
secundario recepimus Breviter ergo respondendo dicimus Quod Ci-
tationes primam et alias sex nunc transmissas omnes habuimus
et omnes exercemus benivole suscipiens quemadmodum semper ancera
ad preservacionem illam Synodalem libenter subimus illas curabimus